



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XIII. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Spandow zwei ihm von Jacob von Fahrland zugewandte Hufen Landes in Mahlow, am 16. Februar 1287.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

est, ecclesie supradicte et cedimus omni iuri patronatus, quod in eadem Ecclesia, videlicet in Bornem habuimus usque modo. Vt autem hec nostra donatio in perpetuum stabilis perseueret, presentem paginam inde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione de certa nostra consciencia iussimus roborari. Testes quoque, qui huic nostre donationi presentes fuerunt, sunt hii: Vir venerabilis Dominus Bartoldus prepositus in Saltwedele, Dominus Geuehardus de aluenfleue, Dominus Hermannus de Carpefzowe, Dominus Johannes de velde, Dominus Otto de Winninge, Dominus albertus de Snetlinge et Dominus Henricus de Bredow et alii quam plurimi fide digni. Datum Berlin Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVI III kal. Octobris.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XIII. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Spandow zwei ihm von Jacob von Fahrland zugewandte Hufen Landes in Mahlow, am 16. Februar 1287.

In Nomine domini amen. Cum in humanis dispositionibus nichil ad summe soliditatis culmen peruenire valeat, sed semper de hominum gestis quamuis rationabilibus, tamquam de naui, que sub ferenitatis tempore fluctibus est exposita, calumpniarum tempestates timeri oporteat, necesse est ea, que ex principum ordinatione pia processerunt circa suorum commoda subditorum, ne vetustate temporis obliuionum nebulis obsuscantur, renouacionis antidoto medicari, vt ipsa que vetera sunt vltu innouacionis assumpto iuuenescant et in agnicionis lucem se erigant clariorem. Hinc est, quod nos Otto, dei gracia Marchio brandenborgenfis, istius tenore pagine notum facimus uniuersis, tam presentibus, quam eciam hiiis, quos diuina gracia disponente natura in esse produxerit in futurum, quod moti affectu sincerissimo, quem habemus ad ordinem sanctimonialium in Spandow, ad honorem ipsius dei et gloriose virginis matris sue, duos mansos in villa Malow, quos discretus et honestus vir Jacobus, dictus de Vorlant, cum filia sua claustro, predicto in Spandow voluntarie cum omni vsu ac vtilitate tradidit et possedit vite sue diebus, pacifice et quiete eidem claustro et collegio sanctimonialium in Spandow donamus, cum libera et omnimoda proprietate perpetuo possidendos et sibi vtilis faciendos. In horum omnium protestacionem lucidam et certitudinem euiden-tem, ne quoque nostris heredibus in futurum aut aliis quibuscunque dubietas occasionem generet malignandi, et vt nostra donatio secundum quod superius est expressum perpetuo inuiolabilis perseueret; presentem paginam inde conscribi fecimus et de certa nostra consciencia iussimus roborari nostri sigilli appensione, testibus, qui presentes aderant, infra scriptis: Domino Johanne preposito in Berlin, domino arnoldo Weger militi in Spandow, domino alberto de Snetlinge, domino Hermanno de karpzow et aliis militibus fide dignis. Datum Spandow, Anno domini Millefimo ducentesimo octuagesimo septimo, in dominica qua cantatur Esto michi.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.